



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 49. Sym[m]achus coram Theodorico accusatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

*cbus Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Civitatis* Sæculum V.  
*Romanæ Episcopus Subscripsi his Decretis* A. C. 499.  
*Synodalibus, quæ approbavi.* Deinde sub-  
 scripsit Rusticus Episcopus Minturniensis,  
 Bonifacius Vellitriensis, Misenus Cuma-  
 nus, alique, quos pro ratione temporis  
 ordinationis suæ subscripsisse conjectura  
 est. Tum visuntur Nomina Presbytero-  
 rum sexaginta septem, quorum primus  
 est Celius Laurentius Archipresbyter Ti-  
 tulo S. Praxedis, ille ipse, qui Antipapa  
 electus fuerat, & postea Episcopus Nu-  
 cerinus fuit. Tandem Diaconi quinque  
 nomen suum apposuere.

*Theod. Lect.  
 Lib. Pont.*

§. XLIX.

*Symmachus coram Theodorico accu-  
 satur.*

**H**aud diu exinde Clericorum Romano-  
 rum aliqui, & nonnulli ex Senatu  
 maxime Festus, & Probinus, Symmachum  
 Papam horrendorum criminum insimula-  
 runt, testesque subornatos ad Regem  
 Theodoricum Ravennam miserunt, cum-  
 que simul Laurentium clam revocassent,  
 Schisma recrudit, Clericorum Parte  
 cum Symmacho, altera cum Laurentio  
 communicante. Festus, & Probinus pe-  
 tierunt a Rege, ut Episcopum Visitatorem  
 Romam mitteret, ut mos ferebat, si qua  
 Ecclesia vacaret. Rex Theodoricus mi-  
 sit

Sæculum V. sit Petrum Episcopum Altinæ Civitatis, cui  
A. C. 499. districte mandatum, ut quamprimum Ro-  
 mæ esset, statim ad S. Petri Basilicam se  
 conferret, Symmachum Papam salutaret,  
 peteretque, ut traderet illa mancipia, quæ  
 ipse Adversarii testes contra Dominum  
 producere velle affirmabant; hæc ab  
 Episcopis interrogarentur, at equivo-  
 non imponerentur. Episcopus Altinen-  
 sis neglectis mandatis ad S. Petrum non  
 ivit, sed Schismaticis junctus est. Econ-  
 tra Catholici indignabantur, contra Con-  
 suetudinem, & Canones Episcopum Visi-  
 tatore[m] Romam missum.

p. 343.

§. L.

*Concilium Palmare.*

Conjecturæ locus est, hæc dissidia Theo-  
 doricum Regem permovisse, ut Ro-  
 mam iret, quod multi vehementer opta-  
 bant, quippe ejus præsentia securitatem  
 Concilii, in quo Symmachus Papa judi-  
 candus erat, præstare poterat. Ut vero  
 sit, Romam venit, Patricio, & Hypa-  
 tio Consulibus, nempe anno 500. at Con-  
 cilium non ante annum sequentem 501.  
 Consulibus Pompejo, & Fausto Avieno,  
 qui pro Symmacho Papa, & bona causa  
 stabat, celebratum. Faustus Avienus jam  
 prius anno 490. Consulatum gesserat, ab  
 Illustrissima Scipionum Familia genus du-  
 cens. Episcopi Liguriæ, Æmiliæ, & Ve-  
 netiæ

*Cassiod. Chr.**Lib. Pont.**Ennod. I.**epist. I.*